

Splendor paternæ gloriæ, De luce lucem proferens, Lux lucis et fons luminis, Diem dies illuminans: 2. Versusque sol illaberet, Micans nitore perpetuo: Iubarque Sancti Spiritus Infunde nostris sensibus. 3. Votis vocemus et Patrem, Patrem potentis gratiæ, Patrem perennis gloriæ: Culpam releget lubricam. 4. Confirmet actus strenuos: Dentes retundat invidi: Casus secundet asperos: Agenda recte dirigat. 5. Mentem gubernet et regat: Sit pura nobis castitas: Fides calore ferveat, Fraudis venena nesciat. 6. Christusque nobis sit socius, Potusque noster sit fides: Lætè bibamus sobriam profusionem Spiritus. 7. Lætus dies hic transeat: Pudor sit ut diluculum: Fides velut meridies: Crepusculum mens nesciat. 8. Aurora lucem precehit, Cum luce nobis preceat In Patre totus Filius, Et totus in Verbo Pater. 9. Deo Patri sit gloria, Eiusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Nunc et per omne sæculum. Amen.